

dunt liqvores, non a Ψ io ipso, sed adjunctis & superadditis
menstruis vel Θ ibus promanant.

Thef. II.

Ex eodem fundamento Spiritus, quos olim e coralliis,
margaritis aliisque gemmis habebant, erant mere sophistici,
e menstruis, quibus solvebantur, regeneratis oriundi. Ne-
que Spiritus terræ sigillatæ, aut Terræ Danicæ, cujus mentio-
nem inferunt Acta Hassinensia, & similes ipsis terris, sed suc-
cis potius Θ inis, Φ rosis, Θ elicis, Onosis concretis, debentur,
indeque non est, ut virtutes eorum specificæ fingantur,
& tantopere deprædicentur.

Thef. II.

Sufficit tamen, quod e singulis tribus regnis liqvores e-
jusmodi subtilissimi, volatiles & summe operosi haberi pos-
sint, usibus non solum medicis, sed & mechanicis aliisque ma-
xime necessariis & proficui: Ex quo etiam differentia inter
vegetabiles, animales & minerales Spiritus primum nata est.
Postquam vero ingens adhuc in singulis diversitas naturæ
deprehensa, respectu hujus quoque in Δ eos & Θ inos, & hos
rursus in Θ ino-alcalicos, acidos vel mixtos distingvere ne-
cessum fuit; non quod exacte semper tales sint, sed quoniam a
potiori commode denominatio rebus imponitur; Nullum e-
nim dubium est, quod sub Spiritibus Δ eis, partes etiam Θ inæ
sive alcalicæ sive acidæ, & vicissim sub Θ inis etiam Δ eæ & o-
leosæ lateant, imo quod singulæ inter se quoque transmuten-
tur toties; de quibus nunc sigillatim videbimus.

CAP. II.

De

SPIRITIBUS SULPHUREIS.

Thef. I.

PRimi & præcipui inter spiritus erant Δ ei seu oleosi & ar-
dentes appellati, eo quod e subjectis Δ eis & oleosis, imo
ipsis oleis parentur, in olea quoque per artem redeant, omnes-
que

B

que